

05
A
1351





XXI

כמושל המשיח מוצא מבית לחם ובמוצאו
מקדם מימי עולם;
Sive

De Dominatoris

Mesfiæ Egressu ex Bethlehem

& Egressibus ante Initium, antè
dies Seculi,

Diatriben Philologico - Theologicam

ex Classicò Mich. V. vers. 2.

In Illustri ad Albim Academiâ

Benevolò Venerandæ Facultatis Theol. Indultu

Sub Umbone

VIRI

Summè Reverendi, Magnifici, Amplissimi, Excellentissimi,

DN. JOH. ANDR. QVENSTEDT,

SS. Theol. Doct. Consummatissimi, P. P. undiqvaq;

Celeberrimi, Alumnorumq; Electoralium

Ephori Gravissimi,

DNI. Patroni & Præceptoris, eâ qua par est

animi observantiâ perpetim suspiciendi,

Publicæ Θεολογικῶν συζητήσει

exhibet

Auctor & Respondens

M. BALTHASAR JUNGBERG/

Steinovia ad Viadr. Silesius.

IN ACROTERIO MAJORI.

Ad diem 5. Febr. An. 1678.



WITTEBERGÆ Typis JOH. SIGISMUNDI Ziegenbeins.



Deo Dominato

Medicæ Egredi ex Bethlehæm

& hystorice sine hincum sine

hinc secun

Dantonia Ethologie Theologiam

et Causa hinc hinc

in hinc hinc Academia

hinc hinc hinc Theol. Indul



1551 A 50

Collegium hinc hinc

hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc

hinc hinc

hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc





PRÆLOQUIUM.

Dico omnino Zelo Magnum Gentium Doctorem ductum esse, arbitror, quando spretâ hujus Seculi notitia 1. Cor. 2. 2. dicit: ἔκ' ἕκαστα τῶν εἰδένων τι, εἰ μὴ Ἰησοῦν χριστὸν, καὶ τῶτον ἐσαυρωμένον. Quanti notitiam illam de Christo aestimarit, exinde facile liquet. Potuisset sanè gloriari de eo, quod in tertio Cœlo fuerit, 2. Cor. 12. 2. singularem suam de- prædicare sapientiam, Oris Facundiam, Sermonisq; Eminentiam. Ast nobilior quid senosse innuit, nempe quod Ἰουδαίους σκαύδα- λον, ἕλλησι δὲ μωρία 1. Cor. 1. 23. Hinc rectè Flacius, (a) non decrevi quicquam scire, id est, tanquam si prorsus omni alia Scientia carerem, nolui ostentare vel variam Lectionem, vel Antiquitatis cognitionem, vel artium liberalium, totiusq; Philosophie Scien- tiam, vel curiosam & operosam Styli præstantiam, qualia solent o- stentare, qui volunt videri docti, sed tantum quàm simplicissimè & clarissimè Christum ejusq; Beneficia vobis annunciaui, & illum uni- cum Dei agnum vobis digito demonstravi. Agedum! & nos, qui Christo nomen dedimus, Apostoli vestigia legentes, hanc de Chri- sto, Scientiarum omnium κειμήλιον, unicè eligamus Notitiam! Siquidem Christum novisse est novisse omnia: Imò

Si Christum bene scis, satis est si cætera nescis:

Si Christum nescis, frustra est si cætera discis.

Hæc cum ita sint, etiam nostrarum partium esse, in confesso est, ut, quemadmodum semper, ita præsertim hoc tempore, quo Ecclesia pio Instituto, Nativitatem Jesuli nostri in memoriam sibi revocat, Personam ejus, juxta Exemplum Pauli intensius consideremus. In quo Salutari Negotio non male fecerimus, si à Manu ductio-

A 2 ne

(a) in Verba 1. Cor. 2. v. 2.

de Prophetæ Michæ c. 5. 2. unicè pependerit. Licet autem
facilè largiamur, esse institutum hoc impar Humeris Juvenilibus,
cum Superiorem exercere possit. Malo tamen me defectus pu-
deat, quàm negligentia pæniteat. Lætus igitur propositum ag-
gressurus, ante omnia de tractationis ratione significandum duxi,
quò omnis Confusioni præscindatur Occasio. Absolvam autem
omnem rem *duobus Articulis*, quorum prior Grammaticam *κει-
σιν*, Logicamq; *ἀνάλυσιν*, posterior partim Orthodoxias Assertio-
nem, partim Heterodoxias destructionem sistent. Quod ut feliciter
eveniat, summum sollicitamus Numen ut Gratiâ suâ nobis adesse
velit copiosissimâ.

Textus Originalis.

וְאַתָּה בֵּית-לְחֶם אֶפְרַתָּה צְעִיר לְהִיזֹר בְּאֶלְפֵי
יְהוּדָה מִמָּה לִּי יֵצֵא לְהִיזֹר מוֹשֵׁל בְּיִשְׂרָאֵל וְמוֹצֵא
וְמוֹצֵאתָיו מִקֶּדֶם מִיְמֵי עוֹלָם:

Versio LXX.

Καὶ σὺ Βηθλεὲμ ὄϊκον ἐφραθα ὀλιγοσὸς εἶ τὰ εἶναι ἐν
χιλιάσιν Ἰούδα, ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται τὸ εἶναι εἰς ἀρχόντα τὰ Ἰ-
σραήλ, καὶ ἐξοδοὶ αὐτὰ ἀπὸ δεξιῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶν.

Vulgata.

*Tu Bethlehem Ephrata parvulus es in
millibus Jude, ex te mihi egredietur qui sit domi-
nator in Israël, & Egressus ejus ab initio à diebus
æternitatis.*

Junii & Tremellii.

*At tu Bethlehem Ephrata minima ut sis in
ducibus Jebude, ex te mihi prodibit futurus do-
minator in Israële cujus exortus indè à principio
à diebus Seculi.*

Versio

Versio B. Lutheri.

Und du Bethlehem Ephrata die du klein
bist unter den Tau enden in Juda / aus dir soll
mir kommen / der über Israel ein Herr sey /
welches Ausgang von Anfang und von ewig
Her gewesen ist.

ARTICULI PRIMI

PUNCT. I.

Sistens Grammaticam קַיִוּ.

§. I. **וְאַתָּה בֵּית לֶחֶם אֶפְרַתָּה** *Et Tu Bethle-*
hem Ephrata אַתָּה *Tu* est pronomen separatum, quatenus nem-
pe separatim dictionem constituit, (a) & personale secundæ
personæ num. Sing. gen. masc. per Enallagen generis pro Fæmini-
no. Prima persona Sing. est אֲנִי ego, & aliâ formâ אַנְכִי Hinc
secunda persona, converso תוּ in dages, (b) אַתָּה. Cætera
duo Nomina sunt propria quorum prius à בֵּית *domus* & לֶחֶם
vesci, posterius à פָּרָה *fructificavit*, descendunt. In illo Patach
& chirec propter Regimen in Zere contrahuntur, hinc est
בֵּית לֶחֶם, dages literæ כ quia una è כַּפֶּרֶת est, im-
presso. Sunt, qui hic controversiam moveant, quod Propheta
mentionem faciat Bethlehemi Ephratæ, Evangelista Matthæus
verò, qui eundem locum allegat, Terræ Judæ. Existimant (c)
Cornel. à Lapide, Lyræ, Dionysius, Hugo, & alii, utrumq; Prophe-
tæ nomen personale esse. Bethlehem dici à suo Principe qui vo-
catus fuerit Be. hlehem & nomen suum Oppido, vel à se condi-
to, vel amplificato imposuerit, de quo legere est 1. Par. 2. 51. 54.

A 3

Ephra-

(a) *D. Glass. Philol. S. l. 3. Tr. 2. p. m. 497.* (b) *vid. Lex.*
Hebr. Buxt. (c) *Conf. D. Waltherum Harmon. bibl. p. 734. ad h. l. &*
Magnif. Dn. D. Præses in Explic. Locor. difficil. V. T. ad h. l.

Ephratam dici pariter, vel à primogenito Huris, 1. Par. 4. 4. vel-
 ut Piscatori (d) placuit, ab una ex uxoribus Calebi, quâ de 1. Par.
 2. 19. Verùm falsissimam hanc esse Sententiam, rectè monet *Ada-*
mus Conzen, (e) inquit: *Qui Ephratam & Bethlehem Conditores*
existimant, incerta persequuntur. Qui enim 1. Par. 2. vocantur E-
phrata & Bethlehem, non possunt esse Conditores. Siquidem jam
Moses suo tempore, priusquam ita dictæ personæ natæ essent, de oppi-
do illo nomen utrumq; adhibuit Gen. 35. 19. Mortua est Rabel, &
sepulta est in via, que ducit Ephratam, nunc Bethlehem dictam.
 Accedit, quod Bethlehem fuerit Pater Ephratæ 1. Par. 4. 4. Jam
 si hoc, a Bethlehem denominatione omninò antiquior fuisset, ap-
 pellatione ab Ephrata. Et si ab utroque nomen accepisset, prius
 Bethlehem & deinde Ephrata dicta fuisset. Hoc verò directè re-
 pugnat citato loco Gen. 35. 19. it. c. 48. 7. Apertè enim ibi con-
 stat denominationem oppidi priscam & minus notam fuisse E-
 phrata, recentiore vero magisq; notam, Bethlehem: (f)

§. 2. Verior proinde sine dubiò sententia est eorum, qui
 nobiscum statuunt, utrumq; nomen unum idemq; denotare Op-
 pidum, quod antiquitus Ephrata, successu verò temporis Bethle-
 hem dictum fuit. Quod verò Propheta antiquam denomina-
 tionem recentiori addat, id consultò fieri nemini non patere po-
 test. Erant nempe duæ Bethlehem in Israël, altera in Galilæa, quæ
 ad Tribum Zabulon pertinebat Jos. 19. 15. & in Terra Judæ altera,
 ex quâ oriundus erat David, ut exinde Civitas Davidis appelle-
 tur Luc. 2. 4. Ostensurus itaq; Propheta quam innueret Bethlehe-
 mum, appellationem addit veterem, ut nemo dubitet quin ea,
 quæ in terræ Judæ sita est, intelligenda sit. Cui sententiæ ad-
 stipulatur cum nostratibus Theologis, (g) etiam ex Rabbinis post
Kimchium R. Abarbenel, (h) inquit differentiæ causa geminatâ
 appel-

(d) *Super Matth.* (e) *Commentar. super Matth. qu. 1.*
 §. 2. & 3. (f) *D. Cramerus Schol. Prophet. Class. 3 ad h. l.* (g) *D.*
Walsh. cit. l. D. Cram. Cit. l. D. Hunnius T. 3. oper. Latin. Com-
ment. in Matth. p. 29. D. Grauerus ad h. l. Magnif. Dn. D. Ca-
lov. Bibl. Illustr. ad. h. l. Magnif. Dn. D. Meisnerus Exercit. in
Matth. exerc. 1. ad c. 2. 6. & ad unum omnes. (h) *In פירוש ספר*
מכיריה:

appellationem subiecisse **בית לחם אחרת היתה בארץ ישראל** quoniam alia Betlehem erat in Terrâ Israël. Uti igitur Propheta oppidum illud **מנחלת יהודה** ex hereditate Judæ, ut laudatus Abarbenel loquitur, additione veteris appellationis designat, ita Matthæus, potius **Μέγλαια** quàm **βηθλὲμ** respiciens, idem voce terræ Judæ (i) (Synedochicè partis pro toto) tanquam suò tempore consuetâ denominatione compellare voluit. Quid quod *Ethiops*, qui vertit expressè *Terra Judæ*, sententiæ etiam adstipuletur. Ultraq; autem denominatio cum ratione loci adeò convenit, quàm quod maximè. Siquidem *Terra Subjecta rerum omnium Copia*, sunt verba Adrichomii (k) *multum prestat, vini potissimum, ut comparandum non sit, quod ex aliis Palestine locis affertur. Iter verò, quod Hierosolymæ euntibus Bethlehem est, usq; adeò amœnitate, arboribus, hortis, odoratis herbis transeuntes delectat, ut si ad tam præclarâ naturæ faciem cœlestis aliqua Christiano digna meditatio accedat non jam in terris quis sibi esse videatur, Sed in Paradiso Christi Nativitatem & incunabula presentibus oculis contueri.*

§. 3. **רעץ** parvula est nomen adjectivum sing. numeri, Gen. Masc. pro Fœminino per *nallagen* Gen. positum, descendens à rad. **רעץ** exiguum esse vel quantitate, vel qualitate. (l) Difficilis fanè hîc Controversia Grammatica, quæ multos exercuit Interpretes, est, ut in diversas abierint sententias. Propheta enim in positivo **רעץ** parvâ & affirmativè, Matthæus contra in superlativò gradu & negativè, **ἡδαιώσ ἐλαχίστη**, loqui videntur. Hieronymus, referente Clario Spanhemio, (m) citat versionem LXX. quæ eodem planè modo exprimat Oraculum Prophete, quo Matthæus Evangelista. Hinc Cornel: à Lapide, probabilius esse existimat, LXX. Græcos, quos sequi solent Evangelistæ, vertisse olim, nequaquam minima es, eosq; secutum Matthæum. Certum quidem est, ait Spanhemius, quod multi Patres, Mi...

(i) Summe Rever. D Calov. T. 1. Bibl. Illustr. N.T. ad c. 2.6 Matth pag. 156 Excell. Dn Frischmuth. Harmon Mich. 5. 2 & Matth. 2. 6. (k) Teatro Terræ S Conf D Walth. l. 6. (l) Buxst. Lex Hebr. (m) Dub. Evangel. dub. 45. p. 421.

*Michea locum ex LXX. versione recitantes illum negativè efferant
eque ac Mattheus. Nam ita ex LXX legere Theodoretum, (n) Ori-
genem, (o) Cyprianum (p) Eusebium, (q) Ambrosium, (r) Augu-
stinum. (s) Verum falsissimum hoc esse ex Christoph. à Castrò addu-
cit B. D. Waltherus, cum omnes hebræi codices verba legant absq;
negatione, & ita omnes transferant Interpretes, LXX. quoq; ipsi,
uti videmus in Codicibus, Complutensi Regio & Vaticano.*

§. 4. Deinde *Franciscus Ribera (t) in quibusdam Exem-
plaribus errore Librariorum factum esse, se arbitrari dicit, putan-
tium ita esse debere in LXX. virali versione, sicut est apud Mat-
theum. Hinc Patribus allegatis fuit impositum, quamvis eorun-
dem dicta non tam ad Michea quàm Matthei verba videantur in-
flexa, nec Pauci Patrum inter utriusq; enunciationem agnoverint
diversitatem. Et quamvis vel scriba vel Mattheus illam LXX.
versionem falsatam attendissent, dubium tamen adhuc maneret,
quæ versionem sequatur Mattheus quæ tamen Michea fonti disertè
obloquatur.*

§. 5. Multi etiam τὸ ἥσσον per adverbium *parum* vertunt,
quasi *Propheta* dixerit, *parum est, ut sis &c.* Inter quos *Osi-
ander (u) Senior, Johannes Ligtfoot Doctor Anglus, Collegii S.
Catharinaei in Cantabrigiensi, Academia Præfectus, qui inquit (x)
Propheta verba sic reddo: Tu vero Bethlehem Ephrata, parum est,
ut sis (vel numereris) inter chiliadas Judæ, nam sublimiore dignita-
te tu es coronanda, ex te enim prodibit dominator &c.* Sic etiam
*Hacksperio, qui Osiandrum defendit, Erasmo Schmidio (y) A-
rie Montano (z) D. Sculteto, (aa) Förstero (bb) Ludov. de Dieu,
(cc)*

(n) *Commentario. (o) Libro contra Celsum, (p) l. 2.
Testim. c. 12. (q) l. 6. demonstr. Evang. c. 15. (r) l. 5. Ep. 1.
(s) l. 18. de C. D. c. 30. (t) Conf. D. Walth. l. c. Magnif. Dn.
D. Præses l. c. (u) l. 1. Harm. c. 10. (x) Horis Hebraico-Tal-
mud. super Matth. c. 2. 6. pag. 206. editis ab Excell. Dn. L. Carpzo-
vio Lipsiæ. (y) in annot. ad h. l. (z) in communibus & fami-
liaribus Idiotism. Lingu. S. S. 17. (aa) Exerc. Evangel. (bb)
Lexic. Hebr. p. 708.*

(cc) Schindlero, (dd) imo ipsi *Luthero* (ee) hæc Sententia arris-
 dicenti; quod ad Grammaticam attinet, non displicet, quod ver-
 bum רעיר exponitur adverbialiter per parum, ut conveniat Senten-
 tia cum Evangelista, qui dicit, neququam es minima inter Princi-
 pes Judæ, erit autem sic reddendus textus: parum es ut sis inter mil-
 lenos Judæ. Verùm si dicendum quod res est, hac sententia o-
 mnem quidem dissonantiam tollit, sed Scripturæ S. repugnare
 Magni nominis Viri perhibent. Siquidem masculinum רעיר &
 fæm. רעירה in sacro Codice nunquam parum, sed Semper par-
 vulum atate aut dignitate significat: Imò Ebraei particulam pa-
 rum expressuri, vel טעט ut Gen. 30. v. 15. vel נקר Es.
 49, 6. vel, quod *Clariss. Hackspanius* (ff) observavit, verbo קט ,
 utuntur. Sunt quidem præterea & aliæ de Prophetæ & Matthæi
 conciliatione Sententiæ, quas brevitatis Studiosi sicco pede tran-
 simus, cum nec primaria instituti nostri ratio illas hic exigere vi-
 debatur, nec aditus ad eas occlusus sit. Siquidem B. Lectorem,
 non tantùm ad *Beatum D. Waltherum*. (gg) sed etiam ad *max.*
Reverend. Dn. D. Presidis, Præceptoris nostri semper devenerandi
operas, (hh) in colligendis judicandisq; his Sententiis, præ a-
 liis, occupatas, remittimus, ubi Satisfactum est huic liti.

§. 6. Simplicissimam autem conciliationem, non coactam,
 licet *Woltzogenio* (ii) sic visa sit, Sed dicente *D. Walthero*, omni-
 bus præferendam esse hanc, qua *Propheta* verba omnino retineri
 possunt sine ulla adjectione, & Sensus *Mattheo* conformis elici-
 tur, nulli dubitamus. Nempe, subaudienda in pronunciatione
 est, litera ה (quod quandoq; & quidem in Sedecim locis abesse
Avenarius (kk) tradit) interrogationis nota, Sic concordaturus
 est uterq; הצעיר להיוור , num parva? &c. Scil. ut vulgò ha-
 beris, aut minor quam ut inter millia Judæ numereris? His דעג .

B

רא

(cc) *Append. ad Evang. Matth.* (dd) *in rad. רעיר*
 (ee) *T. 4. Jen. p. 558. Conf. D. Walth. l. c.* (ff) *Miscellan. S.*
lib. 1. c. 2. (gg) *Harmon. bibl. ad h. l. & ad c. 2. 6. Matth.* (hh)
Explic. Loc. diff. vet. T. ad h. l. Conf. Harmon. Mich. & Matth. Am-
pliss. Frischmuthii. (ii) *Comment. ad Matth. c. 2. 6. p. 117* (kk)
In Grammaticâ. Glass. Philol. S. l. 4. Tr. 1. observ. 1. §. 2. p. 845.

Parvus loco præmissis, subjicitur per *Ἰσίδωρον*, *Matthæo* Interprete, quia ex te exhibit Dominator, *μὴ δαμῶς ἐλαχίστη*, nequaquam minima es. Interrogatio enim affirmativè concepta negationem significare solet, inquit *Dn. D. Glassius* (ll) Quid quod *Arabs* (mm) vertat, nequaquam parvas es? Sic ergo suavem concordiam, concordemq; Suavitatem utrinque deprehendimus. Quod *Propheta* obscuriusculè profert, id *Matthæus* dilucidius explicat. Huic sententiæ non modo *Nostrates Theologi*, inter quos *B. D. Tarnovius*, (nn) *D. Waltherus* (oo) *B. Chemnitius*, (pp) *Dno D. Calovius*, (qq) *Magnif. Dn. D. Præses*, (rr) aliiq; quam plurimi, verum etiam ex *Calvinianis & Pontificiis* adstipulantur. Ex quibus *Drusius*, (ss) & ante eum *Ludovicus Vives*, (tt) *Ludov. de Dieu*, cui acuta, *H. Grotius*, (uu) cui Expediissima hæc interpretatio audit, *Spanhemius*, (xx) qui agnoscit fateturque solutionem hanc ingeniosam esse & commodam admodum, que sine ulla mutatione *Prophetam* cum *Evangelista* conciliat. *Pareus* (yy) idem sentit, dum suæ *Objectioni* respondet, *negatio non tollit sensum*, potest enim interrogativè legi *Oraculum*. Sic *Cass. Sanctius*, (zz) *Albertum, Isidorum Brixensem & Jansenium*, affirmat eandem fovisse sententiam, quam etiam *Ribera* fortiter propugnat.

§. 7. Non possum non obiter adducere etiam novam eamq; non minus aptam explicationem, à *Judeo* ipso allatam, quam postmodum *Eruditis* perpendendam suggestit *Edoardus Pocockius* α) uti ex eo notant *Cl. Hottingerus* β) & *Frischmuth*, γ) Nempe vocem *ἄνθρωπος* non solum *parvulum* aut *exiguum*, sed etiam

(ll) l. c. l. 3. Tr. 5. can. 20. p. 724. & lib. 5. tr. 2. c. 5. p. 1449. (mm) vid. *Bibl. Ὁδύγλ. Anglic.* (nn) *Commentar. ad h. l. pag 134.* (oo) *Harmon. pag. 738.* (pp) *Harmon. Evangelist. c. 10.* (qq) *Bibl. Illustr. ad h. l.* (rr) loco citato. (ss) in c. 5. *Mich.* (tt) in c. 30. l. 19. de *C. D. Augustini.* (uu) *Annotat. in lib. Evang. p. 32.* (xx) *Dub. Evang. dub. 45. p. 426.* (yy) *Adversar. ad Loc. Mich. pag. 363.* (zz) *Conf. Excell. Frischmuth. l. 6. α) Notis Miscellan. β) in Histor. creationis p. 16. γ) Harmon. Mich. & Proph. l. c. Conf. Dn. D. Calov. l. c. ad h. l.*

etiam *magnum & celebrem* significat. Si itaq; *Judaeo* fides habenda est, nihil intererit, utramvis harum Sequaris Expositionum, cum neutra pugnet cum mente *Evangelista*, quamvis priori, pluribus notiori, locus cedendus videatur.

§. 8. לְהִיוֹת *ad esse* (id est *ut sis*) Verbum quiescens tertia radicali ה in infinitivo Conjug. Kal. cum servili ל Positum. Radix, à qua descendit, est הִיָּוָה, *fuit*. Hinc formatur Infinit. Kal. assumpto ה, tanquam Infinitivi formativo הִיוֹת ubi Scheva compositum propter literam ה, quæ una ex אהחע est, simplex proscribit. Accedente verò litera ל composito Scheva vice versa repudiatò, simplex quiescens manet perpetuò, ex usu Linguae, & Scheva sub ל, in chirec mutato, procedit לְהִיוֹת.

§. 9. בְּאַלְפֵי יְהוּדָה *inter Chiliadas Judae*. Illud est nomen Substant. Gen. Commun: pluraliter cum præfixo ב in statu constructo positum. Singularis est אֶלֶף mille, chalias. Pluralis אֶלְפֵי, terminatione abjecta emergit Regimen אֶלְפֵי, addendo י, cametz sub ל corripiendo in Scheva, catephatamque abjectione טֵ chateph, propter simplex Scheva consequens, producendo. Tandem ב cum dages leni imprægnatum præfigitur, ut emergat בְּאַלְפֵי. Est & hîc quædam inter Interpretes contentio, quod *Matthæus* adhibeat vocem ἡγεμόν, quæ *ducem*, significat, quod iterum *Menti Michæe* obesse videatur cum *Propheta Chiliadum* mentionem faciat. Verùm hæc lis facile componitur. Nam אֶלְפֵי יְהוּדָה notat *Chiliadas*, τὸ ἡγεμόνας apud *Græcos* (δ) in genere *Duces*, sive *Prefectus Chiliadum*, in specie verò etiam *Chiliarchas*. Populus enim *Judaicus* per singulas tribus, jam inde à tempore *Mosis* divisus erat in *Decurias* *Centurias* & *Chiliadas* (ε) uti ex *Exod.* 18. 21. *1. Sam.* 10. 19. Constat, quibus singulis præfecti erant *Decuriones*, *Centuriones* & *Chiliarchæ*. Hi (ζ) tempore *Belli* exercitui præerant, vitamq; pro aris focusq; profundere non abnuebant. Cum ita quælibet

B 2

Chi-

(δ) *Comment.* p. 133. (ε) *Sanct. Pagnin. Lex. heb.* sub אֶלֶף
D. Walther. Harm. ad h. l. p. 739 & 781. *Frischm. l. c.* (ζ) *vid.*
Schickardi מִשְׁפַּט הַמֶּלֶךְ, *Not. illustr. Dn. L. Carpxovius* p. 172.

Chilias ducem suum haberet, liquido patet, Matthæum citra sensus diversitatem voce ἡγεμόν^θ uti potuisse, cum Hebræum הָלָךְ dux ex eodem primitivo aut themare תָּלַךְ הָלָךְ veniat, quod annotat Flacius. η) Vel commodè etiam à B. Walthero dicitur, quod *Propheta collectivè de Chiliadibus, Evangelista verò δακτυλῶς sive demonstrativè loquatur. Et omnia, cum ἑτεικά sint, se mutuo ponant ac tollant.* θ) Sensus itaq; emergit, an parvula sis ὁ Bethlechem inter Chiliadas Judæ, ut nullum ducem habere possis? nequaquam. Ex te enim (sic particula γὰρ αἰτιολογικὴ a quod *Matthæum* non frustra adest) egreditur mihi dux omnium nobilissimus, totius Dominator Israël &c. De Voce מַלְאָךְ cum Nom proprium sit, non adeo Solliciti sumus.

§. 10. מֵיְצֵי לִי מֵעַתָּה ex te mihi egredietur מֵעַתָּה ex te, est pronomen personale, casu ablativo, num. Sing. Gen. masc iterum per *Enallagen* pro foeminino cum præfixo מ, quod hoc loco, juxta *Dn. D. Glassium* 1) motum de loco notat. Formatur à nominat. sing. masc. מַלְאָךְ & casus obliquos à notis Casuum & affixorum petit. κ) Præformato deinde alio מ per chirec seq. dages, emergit מֵעַתָּה. Pari modo & pronomen לִי præfixi & affixi notæ originem debet, ubi ל dativi, 1. Affixi notam sustinet. Pro ratione contextus autem modo pronom. possessivum, modo demonstrativum est, verboque additum Voluntatem, imperiumq; dicentis infert. Arbitramur cum *Ampliss. Dn Frischmuthio* rectissimè omnium hîc dici quod indicetur particulâ illâ לִי, Ducem seu Dominatorem hunc Voluntate consilioq; DEI egressurum, seque hujus patrem esse. Nihil tamen obstat quod apud *Matthæum* sit omissa. Cum enim apud Hunc Deus Pater loquens non introducatur, uti apud Michæam, quid mirum, quod mutatâ personâ loquente, Herodi de loco Messiaë natali sciscitanti, neglectâ hac particula responderint Legisperiti? Falsa proinde *Crellii* λ) & *Castrii* Sententia est, qua statuunt, partic. לִי

η) *Clav. Scripturae S. sub voce princeps col. 976.* θ) *citatis locis.* 1) *Philol. S. lib. 4. Tr. 1. observ. 4. pag. 854.* κ) *Dn. M. Hillig. Summar. Ling. S. p. 46. 47.* λ) *Commentar. in. c. 2. Matth. v. 6. p. 27.*

¶ denotare finem cui, in meam totiusq; populi utilitatem & bonum, cum nemo ἀληθῶς Christianorum infitias iverit, Messiam ob nostram salutem tantum venisse in mundum.

§. 11. נצ"י edredietur. Est verbum quiescens יצ"י & נצ"י in tertia pers. sing. masc. Fut. Kal. à rad. נצ"י egressus est, exivit. Abhinc prima futuri Kal. omisso י, prima radicali litera ut supervaneâ, (caractereq; Futuri נ apposito, incipit & desinit in Zere, ut sit נצ"י & tertia persona, mutato tantum caractere personæ נצ"י qui tamen etiam jod radicale fugat. Generali sensu quidem quamcunque egressionem notat, ut ex manu-ductione Concordantiarum patet; Speciali tamen significato etiam egressum per veram & realem nativitatem significat Conf. Gen. 15. 4. c. 17. 6. c. 46. 26. Num. 12. 12. Jud. 8. 30. 2 Sam. 7. 12. c. 16. 11. Hiob. 1. 21. c. 3. 11. ut alia loca taceam. Et sic etiam in nostro textu accipitur. (μ)

§. 12. להיות מישל ad esse (ut sit) Dominator. De Infinit. להיות jam §. 8 præced. actum est. Videndum igitur quoq; est, quid vox מישל in recessu habeat. Est illud formâ equidem Participium Præf. Benoni. Kal, Num. sing. Masc., hoc loco tamen in nomen, ex usu Lingvæ, degenerat. ν) A verbô מישל quod monente R. Dav. Kimchiō ξ) significationem המשלה דמשלת Dominus & Imperii sustinet. Hinc descendit vox מישל Dux, Dominator, Imperator. Ordinariè quidem cholem absq; fülcrô, quia vocabulum millel est, scribendum foret: Verum peculiare quid huic vocabulo cum tredecim aliis propter additum fulcrum esse, monet Santes Pagninus. ο) Syrus in Mich. per ת"א. מ"א quod Dominatorē, in Evangelista per י"ב. מ"ב, quod regem significat, reddit. Et exactè respondet tum LXX. ἀρχοντι quæ vox Principem seu Principatum tenentem ducemq; denotat. π)

β 3

(Sic

μ) Conf. Clav. Scriptura S. Flacii. col. 269. ν) D. Glass. lib. 3. tr. 4. Can. 2 p. 672 Nobiliss & Ampliss. Dn. Sennertus Idiotesm. Lingv. Oriental. p. 33. ξ) Libro Radicum ο) Lex. H. br. sub מישל ubi ea loca adducit. π) Vid. Lex Gr. Scapula sub δεχῆν.

(Sic *Aristoteles*, ρ) οἷον στρατιᾶς δεχόντι, ἢ πόλεος ἢ οἴου.
 Sic peculiariter ἀρχῶν *Athenis* appellabatur, qui præerat Judici-
 bus Judiciorumq; moderator erat.) tum *Matthæi* ἡγούμενος,
 qui æq; ducem dominatoremq;. (σ) Significat. Ita *Dem.* ἔδεναι στρα-
 τιῶτων ἀπώλεσεν ἡγούμενον ὑμῶν. Sic *Isocrates* τ) ἡγούμε-
 νος τῶν ὑδονῶν, Imperans voluptatibus. **הַרְשֵׁב** In *Israële*
 est nomen Proprium ex radice **הרש** Principem esse & ex **ב**
ד *DEus fortis*, quo de Consule *Dn. D. Glasium* φ).

§. 13. **יוֹרְדָנִים** & egressus ejus. Est nomen substant.
 pluralis numeri cum præfixo & affixō plur. Gener. mascul. de-
 rivatum à rad. **יָרַד** egressus est. Exinde enim est nomen
יְרֵדוֹת exitus, pluralisq; terminatione foem. **יְרֵדוֹת** egres-
 sus. Deindè mutatio Scheva sub י quia est ante literam **ה** **ב** in
Schureck, adjectâq; affixi mascul. notâ י emergit nostrum
יוֹרְדָנִים. De significatione viq; vocis, quam sustinet, con-
 sulte §. II. præcedentem. Punctationis verò quæ hîc obvia est sin-
 gularitatem, nec non cur pro singul. numerus pluralis reperia-
 tur, in *Sectione Theologicâ*, ne idem bis dixisse videamur, discu-
 tiendum, hîc silentio tegimus.

14. **אֶתְרֵךְ** ante principium. Est nomen, χ) vel *Lo-
 ci* & sic *Orientem*, vel *Temporis*, sicq; *Antiquitatem*, *Initium*
 &c. significat, uti hoc loco. Profixum **א** per chireck seq. dages
 hîc loci non per **א** vel **אב**, sed per ante omnium rectissimè expri-
 mitur, cum tempus denotet, ut observavit, *D. Glasius* ψ)
 Et omninò ita vertendum est, nisi blasphemè velis asserere, *DEum*
 ipsum *Mundi Creatorem* non ante, sed tantùm à condito mun-
 do esse. Descendit à radice inusitata **אֶתְרֵךְ** de quâ *Clar. Bux-
 orffius* consulendus est. In eadem Significatione occurrit in *T.*
Fœdere partic. **אֶתְרֵךְ** (ω) Quod enim *Eph. I. 4.* dicitur **אֶתְרֵךְ** κατὰ βο-
 λῆς,

ρ) *lib. de mundo.* σ) *Sapula l. c. sub ἡγέομαι.* τ) *In E-
 vagona.* φ) *Philol. S. lib. 4. Tr. 3. Observ. 14. p. 983.* χ) *Sant.
 Pagn. Lex. hebr. sub. אֶתְרֵךְ.* ψ) *Philol. S. l. 4. Tr. 1. Observ. 4.
 pag. 856. ubi plura loca affert.* ω) *Sixt. ab Amama Antibarb.
 bibl. l. 3. pag. 572. 573.*



λῆς τῶ νόμου & 2. Tim. 1. 9. πρὸ χρόνων αἰώνων id est
Thess. 2. 13. dicitur ἀπ' ἀρχῆς & Apoc. 13. 8. ἀπὸ καταβολῆς
τῶ κόσμου.

§. 15. עוֹלָמִי ante dies Seculi. Hæc Verba ut eruditè
monet B. Tarnov. a) propter Similitudinē Constructionis עֲלָמִי
in se habent, & statu constructō posita sunt. Prius
est in num. plur. à sing. יוֹם dies vel annus. b) Et ille tam natura-
quàm artificialis, viginti & quatuor horarum. Pluralis deberet
formari manente cholem, יוֹמִי, pro quō Euphoniæ gratia,
Kubbüz seq. dages assumit; Verum excipitur ab hæc regula
hoc nomen cum aliis, advertente Buxtorfi, c) accipitq; Ka-
metz יוֹמִי. Abiectâ postea terminatione plurali יוֹמִי. Suf-
fixōq; regiminis indicio, post τῶ Kamez allevationem, prodit
יִמִי. Accedente verò ם per chir. parvum, Scheva perit sub ם
chirecōq; illud in magnū transit. יָמִי. Tandem vocabulum
עוֹלָמִי, quod ab עָלַע latere, & cum hoc non in usu, in Ni-
phal עָלַע absconditum esse, derivatur, est nomen Substan-
tivum mascul. num. singularis. Significat tempus longum anti-
quum & quasi absconditum, & עוֹלָמִי non ipsam æter-
nitatem, sed dies vel tempus longum ab ante. Si enim æter-
nitatem (e) notant, non video, quomodo de Sacrificiis,
quæ non ab æterno fuere, illud dici possit Malach. 3. 4. Conf.
Amos 9. 11. Mich. 7. 14. Quod vero ante hos dies עוֹלָמִי
ante tempus esse dicitur, Sensu Scripturæ æternum est. Hiero-
nymus (f) arbitratur עוֹלָמִי cum ם æternitatem, sine eō denotare
finitum tempus. Nullius tamen momenti esse assertum hoc,
evincunt vel loca sexcenta.

PUNCT.

(a) Commentar. p. 117. (b) Buxtorf. & Pagn. in Lex.
Hebr. (c) Thes. Hebr. p. m. 81. (d) D. Glasius loco proximè cit.
(e) Conf. D. Tarnov. Exercit. bibl. p. 97. 98. (f) Epist. ad
Galat.

Absolvens Logicam ἀνάλυσιν.

§. 16. Antequam ad Analysin hanc deveniamus, circumspiciendum prius erit paucissimis de *Scopo* Textus. Nempe consolaturus *Micheas* Ecclesiam afflictissimam, innuere videtur, licet Populus Judaicus multos experiatur hostes, qui contra eum surgant c. 4. 11. imprimis verò *Babyloni* turmatim coeant c. 5. 1. tamen solatio sit, quod Christus Rex Ecclesiae c. 4. 7. illis opponit possit. Hunc enim in tempore quidem nasciturum esse hominem, sed qui ante omne tempus à Patre Deo genitus, sit verus & æternus DEUS, qui super eum regnaturus, hostium invasiones repulsurus, populumque suum defensusurus sit.

§. 17. Ut autem, neglectis Circumstantiis, essentialia Textus tantum attendamus, occurrunt in eo duæ potissimum E-nunciationes. Prior, subjectum cum posteriore commune habet, quamvis prædicata sint diversa. Subjectum nobis sistit vox *ΥΨΙΣ*, Dominator. Quis autem ille sit, & inter Judæos & nonnullos, Christianum nomen venditantes (Hæreticos indigito) disceptatur. Ex Judæorum numero, referente *Magnif. Dn. D. Calovio*, fuerunt, qui tempore *Chrysostomi*, de *Zorobabele*, Duce ex Captivitate Babylonica cum populo reverso intellexerunt. Hujus Sententiæ propugnator quoque est *Wolzengenius*, *Socinianus* (g) qui existimat literalis sensu de *Zorobabele Micheam Prophetam* loqui. *Episcopus* (h) ex *Arminianis*, mox de Christo hunc locum explicat, mox sibi ipsi repugnat, dicendo; secundum literam de *Zorobabele* intelligendum esse. Repudiandam autem hanc planè sententiam esse, multæ sunt rationes, eaq; ut apertissimæ, ita solidissimæ. Si enim, (paucissimas adducam) vel ipsam rationem Nominis *Zorobabel* intensius paulò pensitemus, sponte sua ruit Judæorum Sententia. Cum

(g) *Commentar. ad Matth. c. 2. 6.* (h) *Instit. l. 3. c. 12. sect. 4.*

Cum nempe *Zorobabel*, *Semen Babel* significans, revera in *Babylone* natus sit, & ut plerique autumant, boni ominis causa id nominis ei datum sit, dici non potest eum ex *Bethlehemo*, sed potiùs ex *Babylone* egressum esse. Deinde nec *Prædicata Zorobabeli* convenire possunt, quæ ne quidem Angelis, ne dum homini competunt. Mentionem enim facit *Vates* מִשְׁרַיִם, cujus egressus sit ab æterno. Tandem notamus, quod nullum de *Zorobabele* vestigium vel ex antecedentibus vel ex consequentibus pateat. Plura videre licet apud *Dn. D. Calovium*, (i) quibus falsam Sententiam perstringere occupatus est, simulq; *Grotii* σπεῖλοῦ τῆς ἀληθείας deturbat.

§. 18. Verum Orthodoxa mens est, quæ Christum hoc nomine intelligit, quippe cui omnia hic conveniunt. Siquidem hoc dicto omnes mortales (sunt verba *Ludovici Vivis*) à sensu hujus vaticinii excluduntur, ac solus eo clauditur qui immortalis & æternus *DEI Filius*, *Christus Jesus*, coæternus & equalis Patri, cui à Patre in illo, sine ullis exordiis finibusq; dicitur, *Filius meus es Tu hodie genui Te*. Præterea quod textus viscera evincant, ostendunt etiam duo Loci clarissimi *Matth. 2. 6.* & *Joh. 7. 42.* In illo enim, Venientibus Magis, qui stellam in oriente viderant, *Hierosolymam*, quærentibusq; Regem *Judæorum* recens natum, *Herodes* qui tunc temporis *Habenas Regni* moderabatur scisciturus, ubi *Christus* nasci deberet, *Sacerdotum Scribarumq; Principes* convocat. Hi interrogati de *Christi natali* solò, respondent in *Oppido Terræ Judæ Bethlehemo*, quia *Scriptum* sit apud *Michæam Tu Bethlehem Ephrata* (k) &c. Sic etiam *Joh. 7. v. 42.* ipse populus probè noverat *Christi egressum* ex *Bethlehemo* futurum esse, dicens: ὅτι ἡ παραφῆ εἶπεν, ὅτι ἐκ τῆς σπέρματος Δαβὶδ, καὶ ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης, ὅπου ἦν Δαβὶδ, ὁ χριστὸς ἔρχεται; Accedit & hoc, quod *Chaldeus* nomen מִשְׁרַיִם cum nomine *Messia* paraphrastice commutans, expressè dicat, ex te veniet mihi מִשְׁרַיִם *Messias*. Sunt etiam *Rabbinorum* nonnulli, iiq; circumspetiores, qui ad *Sententiam nostram* accedunt. Inter quos יוֹרָ qui est *R. Sal. Jarchi*, qui ingenuè fatetur,

(i) *Bibl. illustr. ad. b. l.* (k) *Conf. Dn. D. Cram. Schol. Proph. qui latius deducit.*

(1) יצא ממך לי משיח רוד *Exibit ex te mihi Messias Fi-*
lius David. Nec non R. Abarbenel (m) מי יצא לי
 שיהיה מושל בישראל והוא מלך המשיח אשר
 ימלוך עליו *Ex te mihi egredietur, quis? qui erit Dominator*
in Israël, & ille Rex Messias (erit,) qui regnabit super eos. Est etiam
 R. Haccados aliq.

§. 19. Postquam itaque de subjecto nobis constat, de prædi-
 catis paucis etiam monendum erit. Duarum verò superius enun-
 tiationum, quæ ex textu nostro fluunt, meminimus. Prior est,
 quod egressurus sit (ille Dominator) ex Bethlehem. Posterior,
 quod egressus ejus sint ab æterno, ante Seculum. Illa tempora-
 lem, hæc æternam nativitatem denotat. Illa Humanæ assumptæ
 naturæ Indicium. Hæc divinitatis argumentum deprædicat.

ARTIC. II.

PUNCTUM UNICUM,

Sistens

Cum orthodoxiæ, Assertionem, Et herodoxiæ
 Destructionem.

Ζήτημα I.

An Filius Dei verè in carnatus sit?

§. 20. Perversos Socinianos Mystrium de Incarnatione Fi-
 lii DEI non tantum negare, Sed quoq; Calumniari blasphemariq;
 ac ceu commentum portentumq; absurdissimum traducere, Ma-
 gnific. Dn. D. Calovius (n) ex Socino, (o) Smalcio, (p) Osto-
 rodoq; (q) probat. Quid autem clarius esse potest, quam quidem,
 hoc Incarnationis mysteriū in sacris literis? Perinde videri possit,
 ut hoc negare sit Solis Lucem vocare in dubium. Quid enim ille
 Textus noster? annon id agit, ut ostendat esse verum, quàm quod
 est verissimum, quod Filius DEI incarnatus sit? Quid illud, in
 tempore locoque egredi, aliud, nisi hominem nasci, designat?
 Im.

(1) Conf. P. Galatin. l. 3. c. 21. & D. Tarnov. Commentario.

(m) in cit. פירוש D. Cramer. Schol. proph. p. m. 57. (n) Socinismo
 proflig p. 278. (o) Explic. c. 1 Joh p. 41. (p) refut. Th. Graneræ
 p. 3. Et de verbo Incarnatio c. 17 p. 102. (q) Instit. c. 7. p. 96.

Immota igitur mansura est hæc ratiocinii forma. Quicumq[ue]
tempore & loco nascitur, ille est verus homo. De Christo verum
est prius E. De majori nemo facile nobiscum controvertet. Mi-
norem verò textus stabilit. Qui quod de Christo accipiendus, cum
superius satisfecerimus, hic non repetimus.

Ζήτημα II.

Utrum Filius Dei incarnatus sit æternus Deus?

§. 21 Inter Loca S. Codicis, ex quibus Salvatoris nostri Dei-
tatem vindicare solent Nostrates Theologi, non postremus hic
noster est. Siquidē ea apertè docetur per phrasin hæc מוצאנו
מקדם מימי עולם, egressus ejus ante initium ante dies seculi, per
quos egressus vera & substantialis, æterna & ante secularis nativi-
tas intelligitur. Veram nativitatem monstrat vox מוצאנו,
quod probamus, partim locis Scripturæ aliis §. 11. adductis, par-
tim ex usu vocis precedaneo, ubi veram per Nativitatem egressum
designat. Æternam antefecularemq[ue] exhibent verba מקדם
מימי עולם ante initium ante dies seculi. Syllogismus autem vel
hic esse posset. Quicumq[ue] ante Principium & ante dies seculi ex Deo
egressus sive natus est, ille est æternus Deus. Atqui de Christo
verum est prius E. & posterius. Major firma est, quia æternitas
propriè sic dicta soli Deo convenit, Ps. 90, 2. Esaiæ 43, 11, 12, 13. Jam,
qui ex hoc æterno Deo, ante Mundum Conditum, egressus est, ne-
cesse est, sit æternus Deus. Minor robur suum ex Oraculo nostro
accipit, cujus sensum hucusq[ue] exposuimus.

§. 22. Majorem veram esse, quàm quod est verissimum, nul-
lus dubitat. Uti autem Sociniani Minorem simpliciter negant, i-
ta etiam, describi hic loci æternam Christi ex essentia Patris Ge-
nerationem, inficiantur. Quid quod ipsorum signifer expressè
dicat, est ille Socinus, (r) Certè nusquam quicquam apud sacros Scri-
ptores legimus, quod nobis persuadere queat. aut tantum innuere,
Deum ex sua substantia generare. Hoc nihil melior Crellius; s qui
inquit, quibus verbis vulgo existimant significari generationem, sen-

C 2

ut non-

(r) Conf. Dn. D. Meisaerum Consider. Theol. Photin. p. 438. Soc-
inns lib. Suas. p. 35. (s) in Evangel. Matth. c. 2. v. 6.

Et nonnulli loqui audent, emanationem illam ab aeterno & ante Saecula, quanquam false. Joh. Ludov. Woltzogenius t) eadem oberrat Chorda, dicens: vulgo haec verba afferuntur pro argumento aeternae generationis Christi ex Patris essentia, sed frustra, & rationem objicit hanc 1. Sermonem esse de tali duce qui è Bethlehemo demum egressurus, sive ibidem nasciturus erat, quiq; adeo tempore hujus Prophetiae nondum, multo minus ante Saecula & à seipso extitit, unde potius contrarium efficitur, Christum non esse supremum Deum, quandoquidem nondum fuerit illo tempore, quo haec Prophetia Michae edebatur. Respondemus (α) Male opponuntur sibi invicem hic, quae subordinata sunt, nempe generatio temporanea quae è Bethlehemo futura erat, & aeterna, quae ex Patris essentia est. Utramq; hic adducit Prophetia. Hinc (β) distinguendum, inter Filium DEI ἀσαρξον & inter Filium DEI ἐνσαρξον. Licet Filius DEI ἐνσαρξος & nondum extiterit, tamen ἀσαρξος, non tantum eo tempore quo Prophetia haec edebatur, verum quoq; ante omnia saecula extitit, ut hac ratione sit & maneat supremus & aeternus DEUS.

§. 23. Objic. 2. Vox egressionis aeternitati contraria est. Egressio enim omnis certum ac determinatum tempus respicit, quod suum habet principium. Absurdè diceretur de DEO egressum vel ortum esse ab aeterno. Resp. 1. Vox egressionis aeternitati contraria non est; siquidem dist. inter egressum physicum & inter Egressum hyperphysicum & singularem. De illo egressu nempe physico concedimus, quod certum ac determinatum tempus, quod suum habet principium respiciat, imperfectionibusq; obnoxius sit. Hic hyperphysicus verò plane singularis est, nostrumq; Captum superat, nec ullâ cum imperfectione, (u) quae physicum comitari solet, conjunctus est. Ille Finitus, hic Infinitus. Ille corruptibilis, hic incorruptibilis. Illius finis est conservatio speciei, hujus rationem à priori reddere non possumus; Sanctè tamen credimus, quia in Scriptura S. revelatam scimus. (x) Hinc 2. à conditione illius egressus naturalis ad conditionem Supernaturalis nulla est consequentia.

(t) Comment. ad c. 2. Matth. p. 116. c. 1. it. Schlichting. disp. de Trin. contra Meisn. p. 245. Völkel. de vera Relig. l. 5. c. 12. Conf. Dn. D. Calov. T. 3. Syst. Th. p. 652. (u) Conf. D. Danh. Hodosoph. p. 246 (x) B. Meisn. Consid. Theol. Phot. p. 457. Dn. D. Calov. l. c. p. 668.

tia. Non licet ineffabilem æternumq; egressum judicare & æstima-
re ex Physica.

§. 24. Objic. 3. Socinus, α) quia utrobique unum est ver-
bum, adeoque unica tantum nativitas describitur Scilicet Bethlemitica.
sic & Wolzogenius, è superioribus satis manifestum est, egressum ejus
non de Cælo fore, sed ex civitate Bethlehem. Sed quàm falsè hæc
dicta sint, sequentibus docebimus. Respondentes, falsissimum esse
quod in hac phrasi sermo de Egressu Bethlehemitico sit, licet idem
verbum occurrat, sed mentio fiat disertè alius longè sublimioris
nobiliorisque egressus, quod colligere licet 1. ex numero plurali
nominis ΜΑΡΙΑ , quippe qui ad eminentissimam, mirabilissimi
hujus Egressus excellentiam denotandam adest. Hebræis enim quæ
sublimia sunt, pluraliter pronunciare solenne est, inquit B. D. Dan-
kauerus. β) LXX. viralis pluralem ἑξ ὁδοῦ habet, rei magnitudinem
ex usu linguæ Græcæ, pariter indicantem. γ) Probatur 2. quia
obstat æternitatis determinatio, dicitur enim quod fuerit ante prin-
cipium & ante dies Seculi, quod Bethlehemiticæ Nativitati, quæ
temporalis est, minimè convenit. 3. De hac temporali in preceden-
ti membro jam erat actum & sic 4. Otiosa esset illius hic repetitio. 5.
patet ex punctationis singularitate. In voce ΜΑΡΙΑ enim sub
litera Υ , propter statum affixorum, ordinariè pro Cametz collo-
candum erat Scheva, quod tamen non fit 6. Patrum testimonia,
qui hæc de egressu æternò accipiunt Athanasius δ) siquidem,
ut Theodoretum, Chrysostomum, Theophylactum aliosq; præteream,
probaturus anteseclarem Christi ex Patre generationem, hunc
locum producit, dicens: $\text{Ὅτι ἀρχαίωνος ἐστὶν ἢ ἐκ τοῦ πατρὸς αὐ-}$
 $\text{τοῦ γέννησις, ἀρχαίωμεν τὸ θεοφάνης Μιχαὶς,}$ & tunc textum
nostrum subjicit. Ad primam rationem, quam nos in tertia de-
struenda hac Objectione dedimus, excipit Crellius, Ideò pluralis

C 3

nume-

α) contra Bellarm. & Wiekum c. 7. resp. ad. c. 10. class. 5. β)
Hodosoph. S. p. 240. Glass Phil. S. l. 3. Tr. 1. Can. 24. p. 439. Idem
Onomatol. Mess. Proph. p. 17. D. Tarnov. l. c. p. 136. Dorsch. cit. l.
Cramer. cit. l. p. m. 83. Dn. D. Calov. T. 3. Syst. Tb. p. 548. & p. 652.
Excellentiss. Dn. Sennert. Idiotesm. Ling. Orient. p. 35. Sixt. ab A-
mama cit. loc. l. 3. p. 435. γ) Glass. c. l. l. 3. Tr. 1. can. 26. p. 442.
δ) quest. 136. ad Antioch.

*numero vocem hanc efferrî, quia egressus plures Dominatorî conveni-
 niant, quatenus majores etiam ipsius longa seriè ex illo oppido, jam
 ab initio atq; à multis retrò seculis inde egressi fue. ant, atq; ipse
 Christus vel Dominator per illos. Wolzogenius idem Cornu inflat
 ἐσπελωκὼς Dicitur in numero plurali, quia hic Dominator plu-
 res egressus habiturus sit, quatenus majores ejus longâ seriè, à multis
 retrò seculis, ex illâ urbe egressi fuerant, & per illos ipse Christus.
 Verum Resp. 1. hæc Menti Spiritus Sancti repugnant. 2. non con-
 venit cum interpretatione Matth. 2. 6. Ambō enim de unò Domi-
 natore agunt, nec ullum aliū quàm Messiam indigitant. 3. In textu
 agitur de ejus dominatoris egressu, qui aliquando ex Bethlehem
 egressurus quoq; erat. Et hic est solus Christus. 4. In Ecclesia
 Judaicâ citra dubium erat, de solô Messia Sermonem esse Matth.
 2. 6. Conf. Joh. 7. 42. Ad secundam rationem ibi quoq; exci-
 piunt, quod ea verba מְקֹרֵם מִיְמֵי עוֹלָם non designent simplici-
 ter aternitatem initio ac fine carentem, sed longum ac diuturnum,
 quod tam latè extenditur atq; rei de qua agitur, fert natura. Et pro-
 bat Crellius denotare tempora antiqua ex 63. Es. 19. Mal. 3. 4. Amos.
 9. 11. Deut. 32. 7. Wolzogenius addit loca. Es. 64. 4. Gen. 17. 8. c. 49.
 26. Exod. 21. 6. Eccles. 1. 4. Respond. Non urgebimus jam 1.
 quod voces illæ separatæ quandoq; aternitatem designant, מְקֹרֵם
 Ps. 55. 20. & מִיְמֵי עוֹלָם Prov. 8. 23. Sed 2. urgemus vocum harum
 hoc loco conjunctionem, quæ absolutam aternitatis durationem
 sine dubio importat. e) Hinc loca ab Adversariis allegata, ni-
 hil obstant. 3. urgemus vocum cum ׀ constructionem. Illud ׀
 hic per ante explicandum est, uti §. 14. monuimus, ut fiat sen-
 sus, ante principium rerum omnium, ante dies Seculi seu mundi.
 ζ) At quod ante principium rerum, ante dies seculi, id stylo
 sacrarum literarum absolutè est aternum & omni initio caret.
 Cum ergo de Egressibus hisce Dominatoris illa verba adhibean-
 tur, utiq; aternos eos esse in propatulo est. Nec est ut hic excipiat
 Crellius ejusq; sodalis, Piscatorem etiam vertere ab antiquo, cum
 non videndum quis, sed quàm benè reddiderit; & Multitudo
 errantium Errori non pariat Patrocinium.*

§ 25. Objicit 4. Wolzogenius indicari hic, quod Christus
 Beth-

e) Danhauer. l. c. p. 241. Tarnov. Com. p. 138. D. Dorsche, c. l.
 D. Calovius cit. locis.

Bethlehemi nasciturus, originem habiturus sit ab antiqua ideoq;
 no. ilissima prosapia; Quo enim antiquior stirps est, i.e. quo plures
 in ea possunt numerari Majores, eo excellentior & nobilior habetur,
 unde etiam Jer 5.15. Gens antiqua vocatur praestantissima. Resp.
 1. Forma haec designandi Genealogias & Scripturae & alias
 ignota est. Nunquam Scriptura Claritatem Familiarum &
 Originum per egressum describit sed semper utitur no-
 minibus Filii, Seminis descendere &c. 2. Prophetæ Sco-
 pus non est delineare Familias Christi, verum tantum Ortum &
 Nativitatem. 3. Si egredi hoc loco idem est quod nasci, uti *Wolzo-*
genius fatetur & jam demonstratum est, sequeretur Christum (juxta
 naturam nempe humanam secundum quam ex Davide est ejusq; Filius,
 cum secundum divinam ejus Dominus sit Ps. 110.1. Matt. 22.43.44.)
 jam eo tempore natum fuisse, quo Michæas praedixit aliquando
 nasciturum. Et sic seipso prior esset, qui tamen multo tempore
 post ex Maria Virgine natus est Luc. 2.7 Gal. 4.4. Nemo enim ibi
 nasci potest dici, ubi & quando familiae origo ponitur. (ζ) Hoc
 quidem concedimus quod Familia Christi sit antiqua & nobilis. Id
 tamen negamus simpliciter, hanc a nobilitate sua hic laudari.

§. 26. Tandem verò licet convicti in sua Conscientia sint,
 agi hic de vera aeternitate, tamen dissententur de aeternitate personae
 Christi Sermonem esse, sed tantum indicari aeternum de Christo in-
 carnando decretum. Quibus non deest Calvinus, n) qui sensum
 esse vult, quod olim divinitus sit decretum, ut Christus Bethlehemi
 nasceretur. Respond. 1. Nulla hic decretorum divinatorum mentio.
 2. Relativum se omnino refert ad praecedens substantivum *שׁוֹמֵר*
 Dominatorem in Israël qui Christus est, quod egressus ejus sit ab
 aeterno. 3. Scriptura S nunquam & nullibi Decretum de ali-
 cujus nativitate per egressus describit. 4. Ni il peculiare
 haberet (cum exinde tamen eximius Bethlehemo honor exsurge-
 re deberet) Christus pra nobis nudis hominibus. Nam ita &
 unius cujusq; nostrum egressus ab aeterno dici posset, cum electi
 sumus,

(ζ) Conf. Dn D Calov. Syst Theol. T. 3. p. 653. 654. Dn. D. Tarnov.
 p. 140. 141. n) Comment. ad h l. Conf. D Aegid Hunn. Calv. Jud. T. 3.
 operum p. 616 & Anti. ar. p. 988. D. Dorisch. l. 6. P. 2. p. 242. Tarnov.
 l. 6. p. 141. Dn. D. Calov. l. 6. p. 654. 655.

simus, & decretum de salute nostrâ per Christum restauranda ab æterno sit factum Eph. 1. 4.

§. 29. Quæ præterea χειρόμαχοι urgere solent, Tricæ apinæque sunt; & dicente D. Tarnovio puerilia. Solvuntur verò facilimè iis quæ hæctenus in medium allata sunt, ut ulteriori refutatione indigna videri possint.

Ζήτημα. III.

An Christus sit Vicarius DEI in Regimine Ecclesiæ?

§. 28 Perversam Socinianorum Turbam & hic ab orthodoxa sententia abire, ex Smalzio, aliisque; certum est, dum affirmativam propugnant. Huic verò pravæ assertioni obviam ire potest vel solus textus noster, ut alia argumenta taceam, qui contrarium disertè exponit. Nam 1. expresse vocat Christum **ΚΥΡΙΟΝ** sive Dominatorem in Israële, quem magi ex Oriente quærentes, **Βασιλῆα τῆς Ἰσραήλ**. Matth. 2. 2. Legisperiti **ἡγεμόνων**, Principem v. 6. appellarunt. De earum appellationum vi & valore consule §. 12. præcedentem. 2. urget textus attributum hujus dominatoris, nempe quod **מִצַּאתַי מִקְרָם מִימֵי עוֹלָם**, uno verbo quod sit verus DEUS. Unde sic concludimus. Quicumque ipse est Dominus, sive Rex in Israële & ipse DEUS, ille non est Vicarius in Regimine Ecclesiæ. Atqui Christus ipse est Dominus sive Rex in Israële & ipse DEUS, E. Major ἀναρρήτως certa est. Minor constat ex Textu. Conf. etiam loca Hos. 13. 14. Luc. 12. 21. 1. Joh. 3. 8. Ps. 110. 2. 1. Cor. 15. 24. 25. 26. &c.

§. 29. Et hæc sunt potiora porismata, quæ primario ex hoc loco contra Hæreticorum ἐπεροδοξίαν proficisci videbantur. De illis autem, quæ κατὰ διάνοιαν & facilè & invictè erui possent, in præsentiarum, destinato consilio, ne verbum addimus. Postremum, cum quo laborem nostrum incepimus, cum eodem etiam manum de tabula trahimus, ingeminantes, τῷ χειρὶ ἡγεμόνῳ τῷ αἰώνῳ ὑἱῷ τῷ Θεῷ τῷ ζῶντι δόξα εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰώνων.


F I N I S.

ab
e
ó
e-
i-
ft
m
ve
ri-
p-
iz.
n-
is
ve
c-
fe
u.
I.
c
e
n
e-
m

05 A 1351

ULB Halle 3
003 781 16X



XXI.

כסדר
כמושל המשיח מוצא מבית לחם ובמוצאנו
מקדם מימי עולם:
Sive

De Dominatoris

Mesſiæ Egreſſu ex Bethlehem

& Egreſſibus ante Initium, antè
dies Seculi,

Diatriben Philologico - Theologicam
ex Clasiſicò Mich. V. verſ. 2.

In Illuſtri ad Albim Academia
Benevolò Venerandæ Facultatis Theol. Indultu
Sub Umbone

VIRI

Summè Reverendi, Magnifici, Ampliſſimi, Excellentiſſimi,

DN. JOH. ANDR. QVENSTEDT,

SS. Theol. Doct. Conſummatiſſimi, P. P. undiqvæ;

Celeberrimi, Alumnorumq; Electoralium
Ephori Graviffimi,

DN. Patroni & Præceptoris, eâ quæ par eſt

animi obſervantiâ perpetim ſuſpiciendi,

Publicæ Theologiarum ſuſceptioni

exhibet

Auctor & Reſpondens

M. BALTHASAR JUNSEJNS/

Steinovia ad Viadr. Sileſius.

IN ACROATERIO MAJORI.

Ad diem 5. Febr. An. 1678.



WITTEBERGÆ Typis JOH. SIGISMUNDI Ziegenbeins.